(29) Ut unusquisque conpater aut commater filiolum suum pleniter doceat simbolum et orationem dominicam atque signaculum; et cum ad ętatem intelligibilem veniet, doceat eum, qualiter christianiter vivere debeat, aut etiam mox patri suo et matri dei verbo diligenter commendet, ut filium suum caste et christianiter nutrient et doceant recte et christianiter vivere, quia ‚in die iudicii rationem reddituri sunt' ex his, quę pro his ante baptismum abrenuntiaverunt vel credere spoponderunt. *vgl. Matth. 12,36*

(30) Et nemo alium de baptismo elevare pręsumat, antequam simbolum et orationem dominicam coram episcopo vel presbitero cantet.

(31) Ut fugitivum alterius malo ingenio nemo suscipiat, nisi conservare eum voluerit usque ad conplacitum vel pacationem domini sui.

(32) Ut iniusta negotia nemo malo ingenio per avariciam et fraudem facere pręsumat.

(33) Ut placita[g] in domibus ęcclesiarum neque in earum atriis fiant, sed comites faciant talia tecta et domos, | sicut iam ante mandavimus. *fol. 81r*

---

g) *nach* placita *sinngemäß zu ergänzen* neque.

---

c. **29:** *Vgl. Kapitular Nr. 78 (a. 813) c. 18 (MGH Capit. 1, S. 174, 25f.):* De fide: unusquisque compater vel parentes vel proximi filios suos spiritales catholice instruant, ita ut coram Deo ratiocinare debeat; *ähnlich Konzil von Mainz (a. 813) c. 47 (MGH Conc. 2, 1, S. 272, 7f.); vgl. auch Konzil von Arles (a. 813) c. 19 (MGH Conc. 2, 1, S. 252, 28ff.). Siehe auch oben S. 417 c. 14.*

c. **30:** *Vgl. Kapitular Nr. 38 (a. 802?) c. 14 (MGH Capit. 1, S. 110, 41f.):* Ut nullus infantem vel alium ex paganis de fonte sacro suscipiat, antequam simbolum et orationem dominicam presbitero suo reddat.

c. **31:** *Vgl. u. a. Kapitular Nr. 52 (a. 808) c. 6, Nr. 56 (a. 803–813) c. 4, Nr. 64 (a. 810) c. 9, Nr. 102 (a. 801–810) c. 20 (MGH Capit. 1, S. 140, 7ff.; 143, 20ff.; 153, 21ff.; 211, 14). Ausführlicher später Ludwig d. Fr.: Kapitular Nr. 140 (a. 818–819) cc. 1 und 6 (MGH Capit. 1, S. 287, 8ff. und 288, 4ff.).*

c. **32:** *Vgl. Kapitular Nr. 46 (a. 806) cc. 14, 15 und 17 (MGH Capit. 1, S. 132, 17ff.). Siehe auch unten c. 34. Breite Warnung vor der* avaritia *oben S. 400f. Kapitular I c. 5.*

c. **33:** *Zu Zeile 122: Kapitular Nr. 78 (a. 813) c. 21 (MGH Capit. 1, S. 174, 31):* Ut placita in domibus vel atriis ecclesiarum minime fiant; *auch Kapitular Nr. 83 (a. 813?) c. 8, Nr. 93 (a. 787?) c. 4 (MGH Capit. 1; S. 182, 11ff.; 196, 28ff.) und die Konzile von 813: Arles c. 22, Mainz c. 40, Tours c. 39 (MGH Conc. 2, 1, S. 253, 1f.; 271, 5f.; 291, 32ff.). Zu Zeile 123 vgl. Kapitular Nr. 61 (a. 809) c. 13 (MGH Capit. 1, S. 149, 18f.):* Ut in locis ubi mallos publicos habere solent, tectum tale constituatur, quod in hiberno et in aestate ad placitos observandos usus esse possit.